

Das apographon Hausii, die älteste Abschrift des Argentoratensis, dürfte in einzelnen Fällen die Angaben von Cunitz und Reuss rectificiren. Im Wesentlichen wird es dazu dienen, ein Zeugnis von der Genauigkeit abzulegen, mit welcher die Strassburger Gelehrten ihre Collationen angefertigt haben.

## 2.

**Epistolae Reformatorum.**III. <sup>1)</sup>

Mitgeteilt von **Otto Waltz** in Dorpat.

In der Hoffnung, über einige zweifelhafte Punkte der deutschen Reformationsgeschichte urkundliche Aufklärung zu finden, durchblätterte ich im Sommer 1879 die Handschriftenverzeichnisse der kaiserlichen öffentlichen und der akademischen Bibliothek in St. Petersburg. Unter anderm war mein Augenmerk auf die so schmerzlich vermissten Briefe Spalatin's an Martin Luther gerichtet. Da stiess ich im Catalog der lateinischen Manuscripte der öffentlichen Bibliothek unter Q. 15 n. 12 auf folgende Einzeichnung: *D. Martini Lutheri et Phil. Melanthon. epistolae ad Georgium Spalatium, qui Saxoniae duci ac electori Friderico ab epistolis et sacris fuit circa annum Christi MDXVIII. ex autographis fideliter descriptae circa annum MDXLIV et sequentibus annis a Michaële Chiliano Noribergense, Spalatini agnato. Ex his nullas hactenus impressas, nec in Celestini, nec Aurifabri, neque in Manliana vidi neque in Peuceriana editione ex bibliotheca Martini Friderici Seidelii, consilarii Brandenburgici. 4<sup>o</sup>.* Der Titel klang vielversprechend. War ich dem Briefwechsel der Reformatoren mit dem kursächsischen Hofkaplan endlich auf der Spur? Zu meiner grössten Enttäuschung bestand der verheissungsvolle Band aus einem dünnen Heftchen von einer Hand des 17. Jahrhunderts, das nicht viel mehr enthielt, als eine Aufzählung der Briefe, welche in den codd. 53 bis 56 a und c im Corpus reformatorum I, CII gesammelt sind.

<sup>1)</sup> S. oben Band II, S. 117 ff. 300 ff.



Nur einige kurze Angaben über vier unbekannte Melanchthonschreiben liessen sich hier gewinnen.

Dagegen bot der Codex E. 842 der St. Petersburger öffentlichen Bibliothek eine sehr willkommene Ausbeute. Er trägt die Aufschrift: *Epistolae Martini Lutheri, Philippi Mel. et aliorum*, umfasst 247 Quartseiten und stammt aus der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts. In dem gut geschriebenen Copialbuch stehen ausser den nachfolgenden bisher ungedruckten Briefen 21 Erlasse des *rector academiae Vitebergensis*, welche hin und wieder Melanchthon's Namenszug aufweisen und grossenteils unbekannt sind. Dann finden sich Ergänzungen und gute Varianten zu schon veröffentlichten Schreiben unserer beiden Reformatoren. Man ersieht daraus aufs neue, in wie verstümmelter Form so manche wichtige Schriftstücke Luther's und Melanchthon's uns überliefert sind.

Nr. 1.

### Melanchthon an Paul Eber <sup>1)</sup>.

8. Juli 1540.

Egregia fide et doctrina praedito magistro Paulo Ebero in aedibus Philippi Melanch. amico charissimo.

S. D. Postridie postquam a me discessisti, mi Paule, ingressi sumus profecturi Isenacum; vectationem tuli mediocriter, quam scis alioqui mihi jucundam esse. Itaque dolebam me non profecturum esse tecum praesertim cum hic nulli usui sim. Et tali meo tempore non possum non magno desiderio affici domesticae consuetudinis et vestri. Quanta vis morbi fuit audivisti coram, qui etsi nonnihil remisit, tamen adhuc haeret. Sed oro deum, ut causae medeatur. Et is quidem, qui me in tantum luctum coniecit <sup>2)</sup>, nunc pollicetur, se obtemperaturum nostrorum studiis.

De conventu nihil habemus *ἀξιόλογον*, nondum instituta est collocutio ac ne spes quidem est disputationis praesertim verae et candidae. Episcopus Mutinensis missus a Romano pontifice ad regem Ferdinandum negat posse principes aliquid constituere de rebus ecclesiasticis sine autoritate romani pontificis, promittit synodum in Germania. Haec praetexuntur tantum, quia metuunt liberam liberae nationis collocutionem. Etsi Germania plus satis

<sup>1)</sup> Vgl. Chr. H. Sixt: Dr. Paul Eber, der Schüler, Freund und Amtsgenosse der Reformatoren. Heidelb. 1842.

<sup>2)</sup> Landgraf Philipp von Hessen durch seine Doppelhehe.



habet hypocritarum, qui contra conscientiam defendant *ἔδωλο-  
μανίαν* et opes suas, potenciam aut voluptates tueantur.

Episcopus Vuirceburgensis electus est quispiam de Bibra, quem praedicant esse placido et tranquillo ingenio. Hanc ob causam fortasse praelatus est Mauritio et Danieli. Habuit uterque quaedam suffragia. Meae uxori et filiae salutem dicito, quas quidem et filium tibi commendo. Bene vale.

8. Julii. Isenaci. Anno 1540.

Φ. Μ.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae nr. E. 842 f. 125 1).

Nr. 2.

**Melanchthon an Paul Eber.** (= MBW 2546)

14. November 1540.

Egregia doctrina, virtute et fide praedito magistro Paulo Ebero.

Historiam conventus tunc scribam, ubi congressus inchoabitur. Nam haec otiosi Granvelium expectamus, cuius voluptatem <sup>2)</sup> sane laudant. Sed quantum illi largiantur, quanta sint simulationes procerum, saepe iam experti sumus *ταῦτα. Θεοῦ ἐν γούνασι κείται* <sup>3)</sup>.

Si disputatio procedet video non breve certamen fore. Quare nisi brevi intelliges nos accepisse tuas literas, conducito istinc nostro nomine tabellarium, qui literas et a mea familia et a Crucigeri, Chilian, Chamiciani <sup>4)</sup> et Schabelii <sup>5)</sup> familiis adferat.

1) Nach demselben Codex f. 17 gebe ich einige Varianten und Ergänzungen zu dem Briefe Melanchthon's an Luther vom 25. Juni 1530. Corp. Reform. II, 125: „quominus ad nos scribas. Scripsi tibi initia conventus — in proemiis conventus: in propositione, in commemoratione malorum publicorum, in constituendo ordine rerum deliberandarum. Tarde procedunt ista ut scilicet apud Germanos — et potius habuit pedes non unius generis — schismata. De Turcis novi nihil habetur, tamen huc affertur, eum adhuc domi parare expeditionem. Certe adversarii nostri ita nobis minantur, ut ostendant se prorsum oblitos periculi Turcici — confirmabis eum de pane dominico.“

2) Voluntatem?

3) *Θεοῦ ἐν γούνασι κείται*. Ilias 17, 514 = 20, 435. Odyssee 1, 267 = 16, 129; 1, 400.

4) Andreas Frank aus Camentz, Professor in Leipzig. Schon 1518 hatte ihn Melanchthon kennen lernen.

5) Nicol. Scheubel, Professor in Leipzig.



Etsi enim exerceor cura earum rerum, quae hic impendent, tamen non possum oblivisci domestica; nec tantum iam praesentia cogito, sed futura. Eclipsis in libra *ἠροσκοπούση ἐν τῇ γενέσει ἐμῇ* injicit mihi sollicitudinem, quanquam, ut dicam vere, quod res est magis publicae tranquillitatis, cura angor. Mitto ad te fasciculum literarum, ut distribuas iis, quibus inscriptae sunt. Hortaberis etiam singulos, ut respondeant per tabellarium, quem iste conduceas, ut jam scripsi. Scotus quispiam apud nos est nomine Macabeus, huic salutem dicit Jacobus Scotus, qui huc ex urbe Roma advenit, eique mittit duo numismata. Putabam missurum ei aliquot aureos, cum has drachmas argenteas protulit. Dices ei me conditionem ipse quaerere ac bene sperare. Saluta meis verbis meam conjugem, filias, ministrum, Fraxineum. Mitto tibi *ἐπίγραμμα* a Christophoro Pannonio <sup>1)</sup> compositum meo jussu, ut historiae mortis <sup>2)</sup> Antonii Angli <sup>3)</sup> praefigatur. Bene vale. Die 14. Novembris 1540.

Omnino peto, ut istinc tabellarium conduceas. Saluta Stigelium, quem volo adornare epicedion Eobano. Fraxineo dicas, Budaenum <sup>4)</sup> mortuum esse et renovari crudelitatem in Galliis.

*Φ. Μ.*

Cod. chart. bibl. publ. Petropolitanae nr. E. 842f. 42sq.

Nr. 3.

### Melanchthon an Paul Eber.

15. November (1540).

Magistro Paulo Ebero.

S. Heri obsignato fasciculo literarum narrat mihi Dolscius <sup>5)</sup> desiderari hic exempla confessionis nostrae et apologiae, etsi nos quaedam advecta hic distribuimus. Quare statim, ubi has literas accipies, nuntium conduceas, cui hic merces numerabitur, ac jubebis adferre latinae confessionis exempla quindecim, ac circiter. Nec mittes plura quam viginti, nec onerabis nuntium fasce nimis

<sup>1)</sup> Christophorus Preyss Pannonius. Album acad. Vitebergens. ed. Foerstemann: „Christophorus Breiss posoniensis“ 1536, p. 161.

<sup>2)</sup> moras; cod.

<sup>3)</sup> Album a. a. O., p. 149: „D. Antonius Anglus Theologiae Doctor oxoniensis 20. Junii“ (1538). Melanchthon adscripsit: „Robertus Barns.“ Corp. reformat. III, 1155. II, 940. Luther's Briefe von de Wette IV, 294. 630 ff.; V, 217. 323.

<sup>4)</sup> Jo. Sleidani commentarii. Ed. Am Ende II, 196.

<sup>5)</sup> Der kursächsische Rat und Ritter Hans von Dolzig.



magno, praetium etiam significes. Nuntius petat Lypsiae literas a familiis Camitiani <sup>1)</sup> et licentiati Scabelii <sup>2)</sup>. Deum orate, ut terram rigare velit foecundis imbribus et nivibus. Hic durat siccitas adeo, ut equi per medium Rhenum incedant femoribus extantes supra aquas. Vitum admoneas *περὶ προσόδου*. Misi enim *ἀποχίτην*. Milichio dices hic adesse ipsius veteres amicos Heresbachium et Grynaeum, quibuscum de ipso aliquoties amanter allocutus sum. Meum filium tibi commendo, quem jubebis scribere. Saluta familiam. Bene vale, die 15. Novembris (1540).

*Φ. Μ.*

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae nr. E. 842f. 44.

Nr. 4.

### Melanchthon an Justus Jonas.

2. December 1540.

Clarissimo viro domino doctori Justo Jonae S. D.

Magno desiderio literarum vestrarum teneor. Nam praeter eas, quas Scotus Alesius <sup>3)</sup> attulit, prorsus nullas isthinc accepimus, cum quidem post Alesium legati ducis Pomeraniae per Vitaebergam iter fecerint. Advenit adhuc Granvellanus, qui orationem habuit de concordia satis prolixam dictisque minas regaliter addidit <sup>4)</sup>, ut inquit poeta. Nunc deliberatur de ordine disputacionis. Nobis igitur hactenus fuit otium et an processura sit disputatio etiam nunc dubito, etsi adsunt pontificii ac externarum nationum theologi multi. Episcopi duo Feltrensis et Mutinensis. Sum ab utroque invitatus in colloquium, sed nondum eos adii. Sedeo domi et aut scribo aliquid aut confabulor cum amicis Osiandro, Wenceslao, Grynaeo, Capitone et aliis multis manipularibus nostris. Te etiam atque etiam rogo, ut scribas si desunt tabellarii, qui recta ad nos iter faciunt, cures Vito Norinbergam literas mitti. In Belgico atrocissimum edictum contra nos positum est. Interim nos somniamus nonnihil largituros nobis esse illos ipsos edictorum auctores. Deus gubernet vos. Bene vale.

<sup>1)</sup> Der Leipziger Professor Andreas Frank aus Camentz, Abgesandter des Herzogs Heinrich von Sachsen.

<sup>2)</sup> Der Leipziger Professor Nicol. Scheubel, Abgesandter des Herzogs Heinrich von Sachsen.

<sup>3)</sup> Alexander Alesius Scotus, Abgesandter des Kurfürsten Joachim, Markgrafen von Brandenburg. Album acad. Viteb., p. 151.

<sup>4)</sup> Dictisque minas regaliter addit. Ovid, Metam. II, 397.



Salutem dicito reverenter domino doctori Martino, domino pastori et eorum conjugibus honestissimis.

Datae Wormatae die 2 decembris 1540.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae E. 842f. 120.

Nr. 5.

### Melanchthon an Paul Eber.

(27. December 1540).

S. Deus pater liberatoris nostri Jesu Christi, conditor omnium rerum, det ecclesiae suae, politiis, quae sunt hospitae verae ecclesiae Christi, literarum studiis, tibi et omnibus amicis annum tranquillum faustum et felicem <sup>1)</sup>. Scripsi proxime ad te historiolarum conventus <sup>2)</sup>, nunc quod scribam nihil habeo, nam ne nunc quidem adhuc ulla publica disputatio instituta est, quam adversarii miris technis impedire conantur. Postquam enim trium principum legati responderunt, se probare doctrinam ecclesiarum nostrarum in duobus articulis de labe originis καὶ περὶ δικαιοσύνης τῆς ἐκ πίστεως ac Ecclesiae formulae subscribere noluerunt, insidiosae quosdam ad suam sententiam retrahere conati sunt. Nam et senis Palatini <sup>3)</sup> animum tentabant et quia videbant, non omnes pariter instructos esse ad illa Ecclesiana sophismata dilucida seorsim singulos trium principum theologos examinare coeperunt, ut aliquam dissimilitudinem sententiarum aucuparentur. Etsi solus Alesius omnium nomine palam respondere potuisset, nihil fuisset in ea re periculi. Ac jam auditus erat Palatinus theologus <sup>4)</sup>, qui cum nihil largiretur Sorbonicis et constantiae et eruditionis laudem adeptus est. Haec cum gererentur, nostri scripserunt ad Granvelum et βαρβαριὰς ac petiverunt, ut colloquium promissum institueretur tandem ac ne permitteretur adversariis suffragia praeripere. Sed ut libera cuique suffragatio secundum formulam

<sup>1)</sup> Glückwunsch zum neuen Jahr, welches nicht mit dem 1. Januar sondern mit dem 25. December, d. h. mit Weihnachten begann.

<sup>2)</sup> Am 17. December 1540. Corp. reformat. III, 1233, nr. 2094.

<sup>3)</sup> Friedrich von Fleckenstein, Abgesandter des Kurfürsten Ludwig von der Pfalz. In einem Briefe an Luther vom 28. December 1540 nennt ihn Melanchthon senem de Fleckenstein virum gravem et antiquae virtutis, et cancellarium. Corp. ref. III, 1258.

<sup>4)</sup> M. Heinrich Stoll. Vgl. Joachimi Camerarii de vita Ph. Melanchthonis narratio rec. Strobel, p. 187. Camerarius war Mitte December in Worms. Corp. Ref. III, p. 1234. 1236.



Hagonensem <sup>1)</sup> et literas imperatoris relinquatur neve libertas dicendae sententiae post agitatas controversias adimatur. Hac petitione impeditum est privatum examen. Heri alia forma congressus aliena a formula Hagonensi proposita est a praesidentibus et Granvelo, quam nostri non accipient.

Exemplum petitionis et alia communicabo tibi, ubi rediero. Spero adversarios sua importunitate impedituros colloquium. Bene vale. Quaeso, ut has literas diligenter cures. Salutes <sup>2)</sup> dominam ac dicas ei praeceptorem athleticae valere.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae E. 842 f. 122.

Nr. 6.

### Melanchthon an Paul Eber.

29. December 1540.

Magistro Paulo Ebero.

S. Celebrantur hic multorum sermonibus res maximae gestae in Asia et Aphryca. Turcicus tyrannus fertur amisisse Syriam. Tunetanum patrem aiunt a filio vulneratum esse et petere a nostro imperatore Carolo auxilia contra classem Turcicam. His historiis externorum regnorum cum hic convivia perstrepant, tamen in nostra quid agatur, nemo scit. Legati Palatini, Marchionis electoris et Juliacensis repudiarent articulos Eccianos, ut nuper scripsi. Postea nihil actum est *ἀξιόλογον*. Mitto tibi versiculos, quos curabis excudi in pagella, quae possit affigi parietibus. Salutem opto nostrae conjugii, filiabus et familiae, Milichio, Vito et meo ministro. Bene vale. Die 29 Decembris 1540.

Φ. Μ.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae E. 842 f. 121.

Nr. 7.

### Ein Ungenannter (Caspas Cruciger?) an Paul Eber.

29. December (1540).

Ante biduum dedi ad te literas, in quibus breviter commemoravi ea, quae secuta sunt proximas literas datas vestro tabol-

<sup>1)</sup> In den officiellen Schriftstücken der Wormser Verhandlungen gebraucht Melanchthon die Form „Haganoensem“ oder „Hagenoensem“.

<sup>2)</sup> Salutem; cod.



lario. Proposuerunt *βραβεύται* novam colloquii formam alienam a formula Hagonensi. Quam cum nostri repudiassent et se non esse discessuros a formula Hagonensi et literis imperatoris dixissent, significaverunt quidam Granvelem vehementer cupere, ut ab aliquibus delectis ab utraque parte informetur, pollicentes eam colloquutionem non fore praejudicialem nobis neque quicquam paciscendum esse aut mutandum in doctrina. Dixerunt non posse nostros honeste familiarem informationem recusare, quam et Turcis debeant. Eo nunc decurrunt <sup>1)</sup>, ne, quoniam publicam disputationem impediunt, nihil egisse videantur ac nostros apud Caesarem deferant, quod desint publicae concordiae et abhorreant a moderatis consiliis. Nostri autem responderunt, se non posse a forma colloquii Hagonoae praescripta ex mandato principum ac dominorum suorum discedere et decretum esse expectare responsum *τῶν βραβευτῶν*, qui quid responsuri sunt adhuc expectatur. Habes historiam horum dierum. Spero autem brevi finem fore horum puerilium actionum et deum patrem liberatorem nostri Jesu Christi dissipaturum esse impia adversariorum consilia et ecclesiam suam contra furorem diaboli conservaturum esse.

Mittit dominus Philippus domino Luthero exemplar duarum epistolarum exhibitarum praesidentibus <sup>2)</sup>, quas si leges, cognosces ex eis totam historiam. Mittit et tibi epigramma Sturmii ad Chilianum et suum <sup>3)</sup>. Bene vale. Saluta omnes amicos et me excusa, quod nihil scribam eis. Valde enim impediocur occupationibus et magis ab ipsis otiosis literas requiro.

Wormatiae die Mercurii post natalem domini.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae nr. E. 842f. 124.

## Ein vormanung und warnung D. Martini an die Juristen auf dem predigstuel zu Wittembergk.

13. Feb. Anno 1543.

Hie ist noch eins vorhanden, davon ich warnung thun mus etc.

Diese derbe Vermahnung ist abgeschmackter Weise in die

<sup>1)</sup> decuerunt; cod.

<sup>2)</sup> Vgl. corp. reform. III, 1254 nr. 2106 ubergeben hora 3<sup>a</sup> post prandium uff montag Joh. evang. (27. December) und p. 1256 nr. 2107. Melanchthon überschickte sie an Luther am 28. December 1540. Corp. ref. a. a. O., p. 1258.

<sup>3)</sup> Abgedruckt im Corp. reform. X, 565 nr. 176, A und B.



Tischreden Luther's aufgenommen. Vgl. Luther's Werke, Erl. Ausg. 62, 245—247.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae nr. 510f. 27<sup>b</sup>—29.

Nr. 8.

### Graf Hermann von Neuenahr an Melanchthon.

21. September 1543.

Domino Philippo Melanch.

Salve plurimum vir ornatissime. Cum nuper Coloniae essem teque invisere vellem statim literas a parente accepi, quibus lectis cogebat etiam jejuna Colonia discedere et ad reverendissimum quam plurimum me conferre. Itaque non potui, quod maxime desiderabam, tuo frui jucundissimo colloquio et vicissim tibi ea, quae inter Caesarem et Juliacensem tractata sunt exponere. Nunc itaque, cum minister meus Guillelmus Reczkenn Coloniam proficisceretur, hanc quantulamcunque scribendi occasionem nactus, ea tantummodo ad te perscribere volui, quae et cognitu necessaria et non ideo multis cognita, mihi tamen perspecta forent. Primus author pacis inter Caesarem et Juliacensem inchoandae fuit Henricus dux Brunsvicensis, cuius animus qualis omnibus lippis et tensoribus notum est. Huius hortatu Juliacensis in castra venit (Venlo oppidum Caesar tum obsidebat) commeatu satis amplo a Caesare dato. Postea tamen praecibus Juliacensis motus reverendissimum archiepiscopum Coloniensem, coadjutorem <sup>1)</sup> suum, parentem <sup>2)</sup> meum et Groperum misit, qui apud Caesarem pro duce intercederent. Itaque dux biduo antequam in conspectum Caesaris veniret apud Granvella commoratus est. Tertia die postquam venerat in castra ad Caesarem ductus a Granvella, Brunsvicensi et legatis reverendissimi. Ibi tamen supplex ad genua Caesaris procidens venia donatus est a Caesare, postquam se deliquisse confessus est, ac posthac se in Caesaris potestate futurum promisit. Remissa est etiam noxa omnibus consiliariis subditis et militibus ejus, quicumque in Caesarem vel in ejus subditos aliquid hostile moliti fuerant. Postea inter Caesarem et ducem his conditionibus convenit <sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Adolf, Graf von Holstein und Schauenburg.

<sup>2)</sup> Wilhelm, Graf von Neuenahr und Mörs.

<sup>3)</sup> 7. September 1543. Wern. Teschenmacheri Annales Cliviae, p. 335. Sleidani commentarii. Ed. Am Ende II, 323. Leodii annales, p. 252. Statepapers (Henry VIII) vol. IX, 500 sq.



I. Caesari ducatus Geldriae et comitatus Zutuaniae tradatur. Duxque eis regionibus et cum iure suo, quod ad privatas ditiones habuit, cedat.

II. Foedera et matrimonium, quae dux in Gallia pepigit, irrita esto.

III. Dux et ejus subditi, sive nobiles sive civitates, foedus cum Brabantis ineant, ita ut quicumque Brabantos laeserit, hostis sit et ducis ejus subditorum. Idque foedus inviolabiliter a posteris etiam servetur.

III. Dux et ejus subditi contra Caesarem non militabunt amplius neque inimicos Caesaris et ejus subditorum ullo modo juvabunt et econtra.

V. Dux in catolica fide constans permanebit neque Luthe-  
ranam haeresim in ditonibus ejus pullulare patietur.

VI. Caesar ducatum Juliae duci restituit excepta Heinberga et Zitter <sup>1)</sup>, quae adhuc ad tempus retinens postea tamen duci redditurus est.

VII. Captivi omnes liberi sint.

VIII. Omnia bona Juliensium a Brabandis consecuta et occupata etiam reddantur.

Hae sunt conditiones pacis vulgares, reliquas ubi Morsam <sup>2)</sup> veneris ex me audies. Unum te celare non possum, quam aegre et gravissime tulit reformationem nostri archiepiscopi a Bucero compositam <sup>3)</sup>. Atque hac de causa patri meo et coadjutori injunxit, uti suis verbis archiepiscopo praeciperent, ne quid amplius ante conventum principum et imperatoris proximum temere in religione mutaret, neve amplius subditos suos damnata illa doctrina corrumpi atque infici pateretur. Item promisit, se per religiosos

1) Sittard.

2) Moers.

3) Ueber den Streit des Erzbischofs mit der römischen Curie im Jahre 1532 geben die Papiere von Simancas folgende Notizen. Legajo E. 854f. 164: „Los memoriales que dio el legado en Ratispona por el mes de Julio 1532 ... y la respuesta de su Mtad a ellos.“ Schon vor einigen Monaten habe er (der Legat) kai. Mt. verständigt von den schlimmen Massnahmen „dell' arcivescovo di Colonia e vescovo Monasterien., suo fratello, in usurpar l'authorita apostolica, incarcerar li nuntii apostolici, levar le bolle apostolice a corteggiani e infiniti altri disordini in vilipendio della sede apostolica, di S. Sta e della justitia, S. Bue desiderava per via di justitia castigarli.“ Antwort: „En lo del arçobispo de Colonia y el obispo su hermano, la dilacion, que en esto su Mt. ha puesto, ha sido por buenos respettos.“ Kais. Mt. überlasse dem Papst zu tun, was ihm gutdünke. — Legajo E. 857f. 74: M. Mai an Karl V. Romae 19. Sept. 1532. „El negocio del arçobispo de Colonia se hizo como v. ma<sup>d</sup> mandava, y porque no stava en reputacion de muy buen ecclesiastico fue bien menester prevenir a todos los cardinales, los quales por servicio de V. Ma<sup>d</sup>. fueron le muy propitios.“



doctos et neutri parti addictos viros proximis imperialibus comitiis reformationem universalem promulgaturum. Habes nova satis multa, de quibus censuram tuam et iudicium tuum expecto. Bene vale. Beburgi <sup>1)</sup> ipso die Mathaei 1543.

Tui amantissimus

Hermannus comes a Neunar.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae E. 842f. 196.

Nr. 9.

### Anschlag Melanchthon's.

1. Juli 1544.

Acerrimi et saevissimi dolores ex splene orti corpus meum oppresserunt <sup>2)</sup>. Ideoque hodie praelegere non possum, quod significandum auditoribus duxi, quorum etiam praecibus meam vitam commendo.

Primo die Julii anno 1544.

*Phil.* <sup>3)</sup>

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae E. 842f. 94.

Nr. 10.

### Spanischer Bericht über Luther's Tod.

10. April 1546.

Resolucion y memoria de cartas llegadas a la corte en Madrid fechas a diez dias de abril 1546.

Beginnt: „Que en las cosas de Alemania se espera que avria buen resolucion.“ Nachdem das Tun und Treiben Kaiser Karl's V.

<sup>1)</sup> Bedbur, Bedburg.

<sup>2)</sup> Vgl. Corp. reform. V, 431, nr. 2978, wo Melanchthon an Vitus Theodorus schreibt, „si splen exulceratus est, ut metuo, de vita mea actum est“.

<sup>3)</sup> Melanchthon's Schreiben dat. Wittenbergae pridie idus Maii anno 1544, welches im corp. reform. V, p. 392, nr. 2942 ohne Adresse abgedruckt ist, findet sich im cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae nr. 510f. 32 mit der Aufschrift: „De bigamia. Philippus Melanchthon ad magistrum Andream Deibolt.“ Gute Varianten. — Ein ungedruckter Brief Melanchthon's vom 19. Febr. 1557 wird im Miscellankatalog der kaiserl. öffentl. Bibliothek zu St. Petersburg Cl. XVII. Miscellanea I<sup>4</sup> Q. nr. 176 aufgeführt.



während seines Speierer Aufenthaltes im März 1546 ziemlich ausführlich erzählt ist, heisst es in dem Bericht:

„Martin Lutero murio a los 14. de hebrero de una enfermedad furiosa y repentina. Dexo siete hijos, que huvo de una abadesa, que avia catorze años, que era profesa y era noble de la casa del duque de Saxonia aunque bastarda. Pocos dias antes que muriese avia escrito una exortacion a los principes luteranos amonestandoles que no soltasen al duque brauzwiq diziendo que por mano de dios estava preso poniendoles muchos exemplos de la sagrada escritura para proverlo.

Su mgt. entro en Ratisbona a la dieta, que alli se tiene con los principes del imperio a diez deste mes de abril . . .“

Cod. chartac. Est. 15. 2, nr. 99f. 278 1). Real biblioteca de San Lorenzo del Escorial.

Nr. 11. = HbW 5186

### Melanchthon an Johann von Berg.

18. Juni 1548.

Epistola P. M. ad Ma. Joannem a Berga.

S. D. Carissime frater, liber Augustanus nunc in manibus est multorum, de quo ego et alii collegae jussi sumus scribere nostras sententias. Non respondimus pugnaciter, sed pie et moderate et tamen praecipuos errores taxavimus. Fortassis volent principes videre quid scripserimus. Quare si videbitur ita, venies huc ad describendum. Nam ego pluribus exempla mittere cogor et non ita multi sunt, qui recte describere possint. Erit liber Augustanus classicum novorum motuum. Et jam Argentorati ajunt cives decretum fecisse, Hispanos non in urbem recipiendos esse et pontem Rheni interruptum esse, ne Hispanicae copiae ad urbem ea parte accedere possint. Fuit ante biduum conjunctis <sup>4</sup> ~~4~~ ~~\*~~ ~~o~~ in  $\gamma$  <sup>2</sup>), quae proprie denunciant bellum tractui Germaniae superioris inter Rhenum et Danubium.

Bene vale. 18. Junii anno 1548.

P. M.

Cod. chart. bibl. publ. Petropolitanae E. 842f. 33 2).

1) Dieser 485 Bl. starke Codex trägt die Aufschrift: „Relaciones de cosas succedidas en la Christianidad desde el año de 1510 hasta el año de 1558.“ Er enthält Briefe, Berichte und zahlreiche gleichzeitige Drucke.

2) Chiffren, deren Schlüssel fehlt.

3) Nach demselben Codex f. 28 ergänze ich das Schreiben Melanch-

Ⓜ *suphr*  
Ⓢ *salwn*



### Fehlende Briefe Melanchthon's.

#### 1. *Phil. Melanchthon Georgio Spalatino.*

De missa jam ante misi postillas; mitto tibi unam, illi duas.  
De votis nondum absolutus liber est. De bulla coenae etc.

Cod. chartac. bibl. publ. Petropolitanae Q. XV, n. 12f. 4.

#### 2. *Phil. Melanchthon Georgio Spalatino.*

Parabola ista exponit ἐπιφώνημα multi vocati, pauci electi.  
Nam cum ejicitur is, qui vestis nuptialis non fuit etc. Nolite  
gloriarı, quod filii Abrahæ sitis et Jo. VIII etc.

Cod. chart. bibl. publ. Petropolit. Q. XV, nr. 12f. 11.

#### 3. *Phil. Melanchthon Georgio Spalatino.*

Mi Spalatine, nihil aequè cupio atque vobis amantiss. de  
meritis, si qua in re possum, gratificari. Neque etc.

Ego tuus sum, vale 1522.

Cod. chart. bibl. publ. Petropolit. Q. XV, nr. 12f. 11.

#### 4. *Phil. Melanchthon Magno Duci Megapolitano.*

Georgius Sabinus heri hinc cum quodam amico expaciatus  
est intra triduum rediturus, ego igitur ipsius nomine ago etc.

Vitemb. prid. Cal. Febr. 1529. Vgl. indes Corp. R. II, 567.

Cod. chart. bibl. publ. Petropol. Q. XV, nr. 12f. 12.

### 3.

## Briefe und Urkunden zur Geschichte des anti- nomistischen Streites.

Mitgeteilt von Pfarrer **G. Kawerau** in Klemzig bei Züllichau.

Erste Abteilung.

**Vorbemerkung.** Ueber die Geschichte des Streites zwischen  
Luther und Johann Agricola sind wir durch die reichhaltige

thon's vom 3. October 1548 im Corp. reform. VII, p. 159, nr. 4375:  
„Quod literis nequaquam vel comprehendi vel committi possunt ea, quae  
interrogas. Coram narrarem multa, quae scire te.“